

flammam et noctem seu lucem et tenebras. Quod suis carminibus quibusdam quae superfuerunt clare proditur. Ait enim:⁴¹

[300] *Huic quidem flammae aetheriae ignis
Blandus valde, rarus, levus, sed undequaque idem
5 Alteri vero non idem, sed et illud per se,
Contraria nox.* Et postea:⁴² *Sed cum omnia lux et nox nominantur.* Et.⁴³ *Universum, plenum est simul luce et nocte invisibili.*

Universum ergo idem elementa et coelum, plena esse luce et
10 tenebris, non autem terra et igne, quae in coelum maximam orbis partem non ascendunt. Nam etiam si ignem nominaverit, qualem ignem intelligeret, expressit voce illa (aethereus), ea autem est stellarum lux. Falso igitur sunt illi ab Aristotele imputata calor et frigus, terra et ignis. Procul etiam a veritate asseruit Parmenidem
15 et Melissum rerum generationem negasse. Ipse enim idem Aristoteles 1. Sapientiae capite 4. attestatur contrarium:⁴⁴ *Sicuti etiam Parmenides iste enim instituens universi generationem.* Si universi generationem instituit, quanam ratione accusari potest rerum generationem sustulisse? Sed alterum accusationis capite 1. Physisco fuit? Parmenidis ac Melissi rationis fuisse ἀσυλλογίστους, non conclusisse syllogistice. Sane si eorum scripta extarent integra, id etiam pvideremus. Sed duo nobis sufficient ad hanc obiectionem temperandam. Alterum, quod Philoponus^{xx} ait non

20

⁴¹ τῇ μὲν φλογὸς αἰθέριον πῦρ, // ἡ πιον ὄν [ἄν], μέγ' ἀραιὸν ἐλαφρόν, ἔωντῷ [έαυτῷ] πάντοσε [πάντοθε] ταύτον, // τῷ δ' ἐτέρῳ μὴ ταύτον· ἀτὰρ κἀκεῖνο κατ' αὐτῷ // τὰντια νύκτι ἀδαή [Ἄντια νυκτάδα] [Usp. PARM. Fragm. 8.56 – 59]

⁴² αὐτὰρ [Ἄταρ] ἐπειδὴ [ἐπεὶ] πάντα φάος καὶ νὺξ ὄνομασται – PARM. Fragm. 9.4]

⁴³ πᾶν πλέον ἔστιν ὁμοῦ φάεος καὶ νυκτὸς ἀφάντου – [PARM. Fragm. 9.6]

⁴⁴ οἶον καὶ Παρμενίδης· καὶ γὰρ οὗτος κατασκευάζων τὴν τοῦ παντὸς γένεσιν. [ARIST. Metaph. 984b.25–26]

^{xx} Corr. ex Phyloponus